Quelle: https://manuscripta.at/?ID=979
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



vos viuetis, in illo die vos cognoscetis quia ego sum in patre meo, et vos in me et ego in vobis. Qui habet mandata mea et seruat ea, ille est qui diligit me. Qui autem diligit me diligetur a patre meo, et ego diligam eum et manifestabo ei meipsum. Credo. Nō dicit. Offert. Emitte spiritum tuum et creabuntur et renouabis faciem terre. Gloria dni in sdla alla. Secreta. Munera quæsumus domine oblata sancti ficent, et corda nostra sancti spiritus illuminatione emunda. Per. Per eundem. Communio. Qui adorabit me dicit dnus qui in me credit flumina de ventre eius fluent aque viue hoc autem dixit de spiritu quem accipiebant credentes in eum alla alla. Postcō. Sancti spiritus quesumus domine corda nostra mundet infusio, et sui roris intima aspersione fecundet. Per eundem. Missa finitur dum benedicant dnō. Sicut in vigilia pasce et mane nota dum pter vesperas quia hoc nulla magis ad vesperas quam ad die spectare videtur.

In die sancto pentheosten,

Spiritus domini replevit orbem terrarum alla et hoc quod continet omnia laudata habet vocis alla alla alla. Ps. Confirma hoc deus quod operatus es in nobis a templo sancto tuo quod est in ierlm. Orō. Deus qui hodierna die corda fidelium sancti spiritus illuminatione docuisti, da nobis in eodem spiritu recta sapere et de eius semper consolatione gaudere. Per eundem. Hodie illis. Lectio actuum apostolorum. Dum complerentur dies pentheostes, erant omnes discipuli pariter in eodem loco. Et factus est repente de celo sonus tamquam adue nientis spiritus vehementis et re plevit totam domum ubi erant sedentes. Et apparuerunt illis dispertite lingue tamquam ignis, sedit que super singulos eorum. et repleti sunt omnes spiritu sancto. Et ceperunt loqui varijs lin guis prout spiritus sctus dabat eloqui illis. Erant autem in ierlm habitantes iudei viri religiosi ex omni natione que sub celo est. Facta autem hac voce conuenit multitudo et mente confusa est, quia audiebat unusquisque lingua